



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 18. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Mortalem Christo tristitiam attulerunt peccata & perditio ludæ, sui que populi nostra ex se illum contristant, vt declarat D. Hieron.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

fruitur: tum in se sufficiens eius habet fundamentum ex animæ suæ gloria, quam in corpore diffundere permittere poterat, ut diximus in mysterio Transfigurationis. Verumtamen immittente iam hora passionis, ipse proprio motu ac voluntate in seipso prouocauit pauperem & timorem, voluitque tantum esse ut ex illo totus horrore contraheretur, & merorem adeo excessiuum ut illi mortem posset infligere, nisi virtute diuina cor suo confortaret. Hoc est, *Cepit pauere & cadere, & maestum esse.* Quamuis autem manifestus sit verbo *Cepit* significari pauperis initium, atque in hoc SS. Patres diuina notent mysteria: non tamen erit inconueniens, si sumamus illud tanquam præteritum à verbo *Cepit* q.d. quod ipse sumptis pauperem tædium & tristitiam: eo modo quo Dauid declaraturus qualiter redemptor nollet descendere in lymbum ex eo redemptoris & secum capturus esset SS. Patrum animam, sic ait: *Cepit captiuitatem & eadem phrasi, qui idem Christus expositus, quod ipse voluntario mortem susciperet, quam dicit Iosuum, & Dauidico sic ait: Ego dormiui & soporatus cepi, sic legit platerius Romanam, quod nostrum sic transit: Ego dormiui & soporatus sum.*

§. 18. Tristis est anima mea usque ad mortem. Mortalem Christo tristitiam attulerunt peccata & perditio Iudæ, sui que populi nostra ex se illum conuertiant, ut declarat D. Hieron.

¶ Quidam quidem ille qui Patris est sapientia hoc ita fecit & disposuerit grauisimas ad hoc debuit habere rationes. Plures ad huius declarationem asserunt SS. Patres, admirandas omnes: nec hoc mirum: ut enim opus hoc est passionis Domini, Dei sapientia, quam dicit D. Paul. in mysterio absconditam, rantes in se comprehendit rationes, ut nec ipsi supremi Seraphim suo possint intellectu percipiari: & quamuis plures à SS. Patribus profertantur, sunt tamen infinitæ considerandæ, quas in oculis intelligimus: eorum sola lucis illius supremæ claritas sufficit illas reuelare, quamuis nec adhuc perfectè & integrè hæc talis sit, quo minimè earum perfectè possimus intelligere. Plures & varias SS. Patres timoris huius & tristitiæ Domini allegant rationes, ex quibus duas aut tres tantum excerpemus, supposita ceteris, quam omnes indicant, & alias exposuimus: quod ex illo testari voluerit & probare naturæ nostræ humanae veritatem. Hieron. *Bapt. de In Nazza, Tom. IV.*

tem, quam diuinæ suæ personæ hypostaticè vniuerat, quam prauidebat à nonnullis, imo à pluribus postmodum hæreticis, negandam. *Centri. D. Hier. flabat* (ita D. Hier.) *ad ostendendam veritatem in 1. 26. assumpti hominis* Quinimo idcirco non dixit (ita Matth. D. Ambr.) tristis sum, sed tristis est anima mea, Tom 6. nam illa ipsa erat, quæ vitam humanæ naturæ largiebatur. *Verborum ipsorum proprietatem con-* D. Ambr. *fidereimus. Tristis est* (inquit) *anima mea: & alia. In c. 22. bi: Nunc anima mea turbata est valde. Non ergo Lu. 22. 3. suscipiens, sed suscepta turbata: anima enim obnoxia erat passionibus diuinitas libera: etenim Spiritus promptus est, caro autem infirma.*

Est igitur ratio consideratu dignissima, quam *Loc. cit.* allegant D. Ambr. D. Hieron. & supponunt ut euidens timorè hunc pauperem & tædium Christi ex morte, non fuisse, sicut in nobis. Quomodo credemus (sic argumentatur D. Ambr.) ipsum timuisse mortem pusillanimum, ad quem seipsum obtulit intrepidus? Ipse Hierusalem accessit mortuus, ipse processit obuius militibus illum capt. pete conantibus, ipse ad vnicam vocem suam in terram prostratos eiecit & timorem abstulit, illum capiendi plenam largiens ipsis potestatem, imo quasi prouocans ut manus illi iniuciant violentas. Ipse in osculo pacis proditorem suscepit & amicum appellauit. *Tristis erat non pro sua passione* *Ecce. Caterum quam constantiter se morti obtuleris, comæta declarant: quandoquidem quærensibus occurrit, turbatos confirmant, trepidos prouocauit, proditorem osculo dignatione suscepit. Si mortuus venit (Ita D. Hier.) & indignatione offendit non minimè D. Petro, quia se huic opposuit aduersarium illum accusans Satanam. *Vade post me Satana: qua ratione mortem ipse formidat?* *Contristabatur non timore patientis, qui ad hoc venerat ut pateretur, & Petri similitudinis arguerat.**

¶ I. Timor quo percussus expaui, & ratio cuius gratià mortem metuebat, & recubabat ignominiam, hæc ea erat (ex opinione sanctorum) quod vide-ret passionem suam executioni mandari dispendio vniuersi ex discipulis suis, cum scandalo & offensu in passio-fendiculo Apostolorum, cum primicerius eorum ne sua illum impudenter erat negaturus, tamq. horrendis populis sui sceleris, in quorum penam & tædium ipse in ruinâ præcipitaretur, ciuitas autem solo tenus erueretur: & sicut illud, Domini cæ palmarum dum moriturus adueniret, cor illi tanta repleuit tristitia, ut videns ciuitatem ex oculis quasi binis fontibus lacrymæ fluere: & herimæ: hoc ipsum est quod nunc, cum iam iam passurus esset, ipsum grauer pateretur & summo pere contristat. Loquitur D. Hieron. *Contristabatur* D. Hier. *propter*





III. *propter infelicitissimum Iudam & scandalum Apo-  
Iudæ do- stolorum, & reuelationem populi Iudaicum, & cur-  
luit cui- sionem misera Hierusalem.*  
nam.

Itaque duo sunt, quæ singulariter affligunt, torquent & pauore consternunt Redemptiorem. Primum horrenda peccata, & facillima discipuli sui & Apostoli Iudæ, cuique populi Iudaici, quem vt filium elegerat sibi primogenitum, quæ in mortis suæ executione perpetranda forent. Secundum: perditio & damnatio eorum, Apostolorum scandalum, quodque præuideret eos dispergendos sicut illis prælixit, sicut oues absque pascitore, cumque Petrus tertio esset abnegaturus. Sit ita, quod mors mea in remedium futura sit peccati, quatenus illud in mundo delectatur, sualque vires perdat & potentiam: ad vitam & salutem totius humani generis, quæ mortui ad vitam reuocentur & homines à pœnis liberentur incolumes, æternis cruciatibus flammisque ob peccata sua mancipati, vt in vnam Ecclesiam, vnamque cœli gloriam colligantur electi: quod autem huius executio fiat rot tamque innumera atque horrenda committendo peccata, & quidem à meis ipsis electis, discipulo & populo, idque futurum sit in perditionem & totalem eorum desolationem, dispersionem, scandalum, & charissimorum Apostolorum meorum offendiculum, quomodo non exhorrescam? Hoc est quod ipsum prostermit, hoc illi mortis adfert formidinem, non quod horrendos illos extimeat cruciatu, sed quod perficienda sit tot sacrilegis inuoluta scelentibus in quorum supplicium illi, qui manus extenderunt adiutrices miserè sunt perituri: insuper ea de causa (dicunt SS. Patres) in oratione quam modo Christus effudit, non potuit non bibere calicem absolutè, sed illum, ob quem tantopere premebatur, qui nempe tam enormibus mixtus erat peccatis, & summa populi sui peruersitate abominabilis. *Postulat* (eccedeno D. Hieron.) *non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum: vnde & signanter non dixit: Transite à me calix, sed calix iste, hoc est populi Iudaicorum, qui excusationem ignorantie habere non potest, si me occiderit, habens legem & prophetas qui me quotidiè vaticinantur. Nec illud distat à vero (sic loquitur D. Amb.) si tristis erat pro persecutoribus suis quos sciebat immensis sacrilegij pœnas daturus, & ideo dixit: Transite huic calicem à me, non xerit iste, quia D. filius mortem amant, sed quia nec malos perire voluit.*

IV. *Cur dicit: Transite huic calicem à me, non xerit iste, quia D. filius mortem amant, sed quia nec malos perire voluit.*  
44. Hanc propono vobis similitudinem: si expertissimus adisset medicus, atque curatus morti-

feram totius vrbis luem contagiosam, medicamen componeret efficacissimum, si videret quod dicitur eius compositio fieri deberet, insigendo illis suis sibi charissimis mortalem & venentram pestilentiam, quodque omnes illi mori deberent furibondi & proptias manducando carnes, quæ non angustia olueretur eà horâ quæ tale componendum esset medicamentum? Quo marore? Quibus anxietatibus? Non timeat Christus mortem, vt pote medicinam efficacissimam curandæ pesti peccati totius mundi, omnibusque à liberandis, si potuisset executioni mandari per manus & vngues animalium ferocissimi, leonum, tigridum, luporum, modo nullam interueniret peccatum, nec hominis alicuius perditio hoc esset quod ipse votis omnibus optaret. & quamuis cum peccato & perditione feret Barbarorum, idololatrarum, gentilium, qui nullam de Deo, neque de hoc habebant mysterio cogitationem, Deusque ipsos habebat vt populum oblationi traditum, perditum & abortiuum, de quo D. Paulus: *Permissi gentes ingredi viuas suas, vt abirent quocumque eos ferret impetus voluptatis, transeat: sed quod executioni mandanda sit mors eius supremæ malitiæ & primæ nocte teletibus, totali perditione, casu & morte temporalis atque æternæ vniuersi Apostoli, & illius populi electi, atque dilecti, quocum conuersatos fuerat, egerat familiariter, quem filij loco habebat: hoc feret molestissimè, hoc illi cor marore conflingit, hoc tantâ animam replet molestiâ, vt dicere licuerit: *Tristis est anima mea vique ad mortem*. Hoc autem ita patet (ex sententia D. Ambrosii) nam ad terminum iam deueniens suæ passionis, ostendit hoc illi maximè viscera lanciare perditionem hanc vtrique: ac proinde illud primum deplangens quod illi maximè dolebat, (a) illud item supplicat pro inimicis ne perirent illi, ita deprecorant, quæ Saluationi totius mundi, imo & gentium delictum destitueretur. *Vnde & dixit: Pater dimitte mala illis hoc peccatum: ne extrinsecus esset populo passio sua, futura omnibus salutaris.*  
Hinc duo sunt elicienda. Primum: quantum malum sit peccatum, vt in tantâ deuolueret Deum. Et Chastitiam, eamque tam intensam vt vitam illi sufficere sufficere, *Tristis est anima mea vique ad mortem*. Illud hæreticus D. Hier. Manichæus grauitat quia vetus Testamentum reiciebat eo præter certatur, quod indicabant illi in eo dicere Deum non nullam sibi non decentiam, & in particulari quodam notabant verba dicta per Ezechielem Prophetam.*



pharam Synagoga Iudæorum: nam recensito  
caminum eorum catalogo subiungit: *Et contri-*  
*statis me in omnibus istis.* Ita legunt Septuaginta  
secundum D. Hieron. quod nos scribitur: *Et*  
*præcepit mihi in omnibus istis.* Ecce tibi, obicit  
illud illi, quod dicere non poterat ille qui verus  
erat Deus. Hic etenim nullâ potest torqueri  
tristitia; hæc namque est propria mortalibus.  
Ameniam sapit hoc nimis aperiam, respondet  
D. Hieron. quia hoc supposito & eodem titulo  
referendum pariter esset novum Testamentum:  
quod sequitur in illo nobis præcipiat & horretur  
D. Paul. ne contristemus Spiritum Sanctum.  
*Interrogemus eos, quomodo illud suscipiant, quod*  
*credo vni Deo unum tantum esse? Neque contristare*  
*Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in die*  
*receptionis.*

Sic est, nec refragatur, quod Deus in se  
nec habere, nec pati possit veram tristitiam:  
nam enim non est capax: nec aliorum passionum  
sensitivum: etenim purissimus est Spiritus, ni-  
hilominus veteriter dicitur, quod ob peccata  
nostra contristetur, eumque nos illis contriste-  
mus, *Contristatus me omnibus istis:* est etenim  
Dei adeo bonus & peccatum adeo malum eius-  
que dicitur bonitati et contrarium: ut quan-  
tum est ex parte peccati, Deum contristare sus-  
cipiat, si in illum cadere possit tristitia, usque  
ad hoc ut illum in maximam afflictionem mortis-  
que deducere agoniâ. Si hoc non agat, non  
est ratio est quod ad hoc non sufficiat: sed quia  
in Deum cadere non potest, nec talem effectum  
in eo operari. Eadem de causâ dixit Isaias im-  
pio Regi Achaz, rebellem nempe eius infideli-  
tatem videri affligere pernamque, inferre fideli-  
bus & Prophetis sanctissimis: sed ipsum Deum  
ad misericordiam & angustissimâ deducere mor-  
tis agoniâ: & quod in nostra vulgata littera  
scribitur: *Namquid parum vobis est molestos esse*  
*homines, quia molesti estis Deo?* non leguntur  
Septuaginta & Theodocion, ut notat D. Hieron.  
sicut etiam leguntur antiqui Patres D. Irenæus  
& D. Cypri. *e. Agonem præbuitis Deo meo.*  
Dicitur hoc ob eandem rationem, quod si reali-  
ter in Deum cadere possit agoniâ & animi tri-  
stitia, hæc illi peccatum tantam adferret ut vi-  
tam illi auferre sufficeret.

Hoc tibi liquido constat: quod cum Dei filius  
saceram assumpsisset horum affectionum capacem:  
quatenus illam diuinæ suæ personæ uniuersis  
vinculo illo coelesti & indissolubili unionis hy-  
postatica: tamen in eo fuerunt ita efficaces, ut ip-  
se faceret illos sufficere ad ipsam interitio-

nem: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* VII.  
Argumentum non noui efficacius, quod peccati  
malitia declaratur, quam si dicamus, esse in se reddi  
adeo potentem ut Deum tristitia torqueat adeo Deum  
molestâ, ut possit, quantum est ex parte sua, marum-  
illi vitam adimere. Quanta foret illa vni gra-  
ui aloës amaritudo, si ex se solo posset totum  
amarum reddere mellis vel dulcissimi lactis O-  
ceanum? hoc attribuitur peccato, iuxta D. Hieron.  
ton. nam illa Prophetæ Sophonia verba ponde-  
raus: *Va ciuitas peccatrix:* aduertit in Hebræo 6. *Amor.*  
legi verbum *Marath* quod significat Deum ama-  
rum efficiere, *Quod possumus dicere Deum ama-*  
*rum faciens, id est suo vitio dulcam Dominum i-*  
*aque clementem variatis in amaritudinem.* Idem  
notat iustam illam enucleans querimoniam Dei  
populo suo propositam. *Conuersistis in amarum*  
*Amor & diuinem iudicium, & fructu iustitiam in amarum.* 13.  
Id est ex eiusdem interpretatione. *Mutatis na-*  
*turam Dei, ut dulcem amarum faceretis, & fru-*  
*ctum iustitiae eius in amarum uerteretis, quæ*  
*verba est amarissima.*

Hæc phrasî frequenter vixit S. Pagina confit. 45  
mans a peccato: Deum reddi amarorem. VIII.  
Hoc nomine compellat David populum illum Iudæi  
dixit ceteris: *Generatio praua & exasperans.* sunt gens  
Legit D. Aug. *Generatio praua & amaricans.* Ita exasperans  
similiter. *In exacerbatone secundum animi sensa-*  
*tionis in deserto.* Legit D. Aug. *Confortuiter an-*  
*tiq. & tique translationi: In illa amaricatione: & est in Ps 77.*  
hæc phrasî illi frequentior: *Exacerbans Domi-*  
*num peccator. Exacerbauerunt cum in deserto Ps 94.*  
*Sabbatum Israel exacerbauerunt, &c.* Nam facere  
potest hoc ex se peccatum, amaricare, contrista-  
re, Deumque exacerbare: patetque ex præsentî hi-  
storia: cum enim posset Deus tristari, timere &  
mortis agoniâ comprimi; tu videris quales in  
illo peccata nostra causent affectus, ut dicat: *Tri-*  
*stis est anima mea usque ad mortem.* Tu animo  
sedulus perpende, quod quanto gaudes & lacrius  
ob impletum appetitum tuum ex consortio talis  
puellæ, vel ob lucrum acquisitum iniuste: tantò  
contristes Dominum hunc amarum & angustiss  
affligas acerbis, imo ipse sis qui præ ceteris il-  
lum his detinet infirmatum.

Verumtamen Domine colorum, quid tua re-  
fert, quid inde tibi mali quod malus sum? Quid Peccata  
tibi damni, quid perdis, cum populus hic per-  
ditur ingratos? An tibi defunt serui pro placito non no-  
tibi seruientes? A bundat tuum his palatium me-  
riades vidit Propheta tuus, omnes ad emanum  
tuamque voluntatem promptissimos. *Milia Dan. 7. 10*  
*millium ministrabant ei. & decies milles centena*  
*millia*





millia affestebant ei. Sapius tibi contigit vt populi huius scditione stomachabundus, illum delere propofueris aliumque tibi affumere, qui gratioribus tibi responderet obsequiis, Moysi vero pro illo deprecanti respondisti, nihili tibi referre talem populum, aliumque tibi assumendum eminentiorem: *In gentem magnam*: ntmquid in aliquo reprobi suis peruersi nequitiis derogant maiestati tuæque gloriæ celsitudini? Num ergo sceleribus suis vel minimum de tuis eripiunt fures diuitiis? *Quis credat tibi facultates accrescere quando boni sunt?* Iam olim dixit Eliu amicus Iob à sapientia commendatus. *Suspice cœlum, & insurre quid altior te sit.* Suspice & considera tam altum vt obubilare non possit gloriæ eius splendorem tuorum scelerum fumus & nebula quantumuis condensa, nec solis eius augete lucem quascumque candelas accenderis. *Si peccatoris quid ei nocetis?* Et si multiplex fuerint iniquitates tua, quid facies contra eum? *Ferro si inuid egeris quid donabit ei aut quid de manu tua accipiet?* homini qui similis est tui, nocetis impietas tua & filium hominis aduersabit iustitia tua. Vicino tuo tibi que simili, & eandem, quam tu, calcanti terram tuis potes actionibus nocere peruersis, sed numquid Deo? Proximo tuo miseris afflictio remedium adferre potes, & ex tua misericordia subsidium: numquid & Deo?

Penfat D. Chryl. argumentum hoc Apostoli: nam catalogum recensens peccatorum abominabilium quæ Philosophi quondam illi perpetrabant, quorum superbia meruit, vt manum suam Deus ab illis retraheret, vnde dilabentur deorsum de peccato in peccatum, donec omnino Deum omnem abnegarent, atque vt talem colubros serpentes, & bufones adorarent. *Communauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruiuerunt creatura potius quam creatori:* adiungit: *Quis est benedictus in sæcula amen.* Amen vox est iuramenti, quâ Dominus utebatur rem aliquam confirmaturus. *Amen dico tibi* q. d. Apostolus: sub iuramento solemniter assevero, quod Deus benedictus sit & gloriosus in sæcula. Ad quid dicit hoc? Quia poterat opinari aliquis malitias illas contra illum à Philosophis commissas, in aliquo potuisse eius turbare gloriâ vel eius maiestatis derogare magnitudini. Nihil tale suspicis quantumuis enim multa, graua & horrenda sint hominum peccata, nec atomum quidem illi possunt detrabere: nam in omnia sæcula in eodem Deus remanet esse gloriæ suæ infinitæ, non minus quam sol, quantumuis enim spissi ac horrentes ascendant de terra sterquiliniis vapores,

ad illum non accedunt nec obubilant quam habet in se claritatem. Vnde interprete D. Chryl. solt. hoc Apostolus significat. *Non propterea ipse derisum est accipit, manus enim laudantis ac benedictus in sæcula.*

Quid ergo hoc est. Domine mi, quod propter peccata hominum te montres tanopere contristatum? Primum: quod bonitatem tuam declarat. Cuius infinitam, que tantum abest vt in se patiatur culpe vel peccati malitiam, vt etiam illa que in te oblat nobis est, non paruum possit illi causare tristem & anxios adferre cruciatum, illam tantum, tristem modo conspicienti. *Mundi sunt oculi tui, ne vis deas malum.* & resistere ad iniquitatem non poteris. Ita tellatur Vates Abacuc: Quando vir aliquis munditie præstat candidissima, nedum in se non tolerat vllam in sua veste maculam, sed insuper illi mouentur viscera si cloacæ cernat immundam. Qui puro gaudet olfactu, nedum non permittit vt in seipso hæreat aliquid peruersi odoris, sed etiam is qui ab alio dimanar eum offendit, halitum admittit & perturbat cerebrum secundo: quia nos diligit, & sicut deleatur, vt more nostro loquamur, nostris commodis illaque nobis conferens in beneficium: *Latabitur Dominus benefaciens vobis:* Ita contristatur & affligitur (eodem loquendi modo) ex malis nostris, damnis & aduersitatibus, quod confirmat illam propositionem, quam vt primum principium Sanctissima Sara statuit: *Non delebitur in perditionibus nostris:* Pariter & ipse Salomon: *Deus super mortem non facit, nec delebitur in perditione uisuum,* præsertim eorum quos elegit, ac singularibus suis donis ditauit abundantem: sed in hac cor illi dolet & viscera lancinantur.

§. 19. Tristis est anima mea, &c. Contristauit Dominum populi sui iudeque perditio, sicut Absalonis Dauid. Netu illum contristaueris.

Singulari est quod prælibauimus, videre Deum tot repletum amaritudinibus & angustis propter populi sui peccata, vt nomen illi dedit: *Generatio amaricans.* Domine quamobrem ita te populi huius scelera contristant? An non sunt his grauiora Gentilium quibus mundus scater abundanter: Illi ipsi erant, qui liberimè in profanas & bestiales protuebant ueneri luxurias, inter ipsos in summo gradu uigebant rapinæ, iniuriæ, adulteria, homicidia, & illis alia non esset lex, quam sua cuique potentia: